

Alte Drucke

**Æterni benigni'que || Dei fauente gratia. || PRAESIDE
VI=||RO CLARISSIMO, DOMINO IOAN=||NE VISCERO
VEMDINGENO, ARTIS ME=||dicæ Doctore, & eiusdem in ...**

Vischer, Johann

Tubingae, 1569

VD16 ZV 30581

Quaestio.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150130

Quaestio.



Vm auctore Hippocrate ars longa sit, uita breuis, ambigatur, utrum doctrina Aphoristica, quæ rerum summæ & capita breuissimè perstringit, tanquam uniuersalis, necessaria, & ad artem medicam discendam in primis conferens, probanda sit nec ne?

Aphorismus primus.

Mutationes temporum maximè pariunt morbos, ut Hippocrates tertio Aphorismorum & in Epidemicis historijs ostendit morbos ætæ, ætibus & temporibus anni familiares enumerans.

2.

Vbi cibus præter naturam ingestus fuerit, morbum facit, ostendit autem sanatio: & rursus uictus ad extremam tenuitatem progressi, periculosi sunt, nam nec sacietas, nec fames, nec aliud quicquam bonum est, quod naturæ modum excedit.

3.

Quicumq; suppurati aut hydropici secantur aut uruntur, hi purè aut aqua acernatim effluente, omnino moriuntur: & hæmorrhoidas sananti diuturnas, si non una seruata fuerit, periculum est, hydropem aut talem accedere: sic mensibus pluribus prodeuntibus morbi fiunt, & non prodeuntibus ab utero morbi contingunt, in uniuersum enim plurimum aut repente euacuare uel replere periculosum est.

4.

Somnus, uigilia utraq; modum excedentia malum, & in quo morbo somnus laborem facit mortale: si uerò somnus proficit, non lethale, æ si quidem delirium sedat bonum est.

5.

Vbi biberit quis ueratrum, ad motus quidem corporum magis ducere oportet, ad somnos autem & quietem minus, declarat enim nauigatio, quod motus corpora turbat.

6. Si

6.

Si dolor aut tristitia multo tempore perseverent, atrabiliarium hoc signum est, & omnes immodice animorum perturbationes, & affectiones, ut & priores causae procatacticae, morbos procreant.

7.

Victus humidi omnibus febricitantibus conserunt, in primis uero pueris, & alijs ita nutriti assuetis, ac deterior paulo potus & cibus uerum iucundior melioribus quidem, sed iniucundioribus praefrendus est.

8.

Quibus semel aut bis, & plus aut minus & ex parte exhibere oportet considerari debet. Dandum uero etiam aliquid est regioni, tempori, aetati & consuetudini.

9.

Quibus statim morbi uigor est, his statim tenuis victus exhibendus, quibus uero uigor posterius accidit, his ad illud & paulo ante illud tempus subtrahendus, antea uero mitius eger, victu tractandus est, quo durare possit.

10.

In exacerbationibus victum subtrahere oportet. Nam apponere noxa est, & quibus per circuitus exacerbationes fiunt, in exacerbationibus subtrahere oportet.

11.

Exacerbationes & constitutiones indicabunt morbi, & tempora anni, & circuituum inter se collata incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per amplius temporis interuallum fiant. Sed & ex apparentibus indicia fiunt, uelut in pleuritidis, si sputum statim appareat incipiente morbo, ipsum abbreviat. Si uero posterius appareat, producit, et urinae, & alui egestionis & sudores apparentes, indicant & egre & facile indicandos, & breues & longos morbos.

12.

Circa principia & fines omnia debiliora sunt, circa uigores uero fortiora, & ubi peracutus est morbus, statim etiam extremos labores habet.

13.

Signa coctionis celeritatem iudicij, & securitatem morbi significant, cruda uero & inconcocta, atque in malos abscessus conuersa aut in pueris, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut recidivas portendunt.

A ij 14. Acuti

14.

Acuti morbi in 14. diebus indicantur, ac placidissima febres, signisq; securissimis firmatae quarto die desinunt, aut prius, malignissima uero & signis horrendissimis oborientes quarto die aut prius occidunt.

15.

Quibus indicatio fit his nox grauis ante accessionem, quae uero sequitur plerumq; tolerabilior est.

16.

Quibuscunq; in febre tertiana caput dolentibus, pro eo quod obscurum quiddam praeculis apparet, uisus hebetudo contingit, aut splendores ob oculos obuersantur: & pro osculi uentris morsu, in praecordiorum dextra aut sinistra parte aliquid tenditur, neq; cum dolore, neq; cum inflammatione, sanguinem de naribus his, pro uomitu fluxurum esse, expectandum est.

17.

Septimae quarta index est, alterius hebdomadae octaua principium est. Consideranda uero est undecima. Haec enim quarta est secundae hebdomadae. Consideranda rursus decima septima. Ipsa enim est quarta quidem a decima quarta, septima uero ab undecima.

18.

Quicumq; morbi ex repletionem fiunt, euacuatio sanat: & quicumq; ex euacuatione, repletio, & aliorum contrarietas.

19.

In morbis minus periclitantur, quorum natura & etati, & habitui, & tempori morbus magis affinis fuerit, quam hi, quibus non affinis in aliquo horum existit.

20.

Multum & repente euacuare & replere, aut calefacere, aut frigare facere, aut omnino quomodocunq; corpus mouere, periculosum est, & omnis multitudo naturae contraria est. Quod uero paulatim fit, tutum est tum aliàs, tum si ex altero ad alterum transitus fit.

21.

In perturbationibus alui, & uomitibus sponte contingentibus, si quidem qualia purgari oportet purgentur, confert, & leuiter ferunt: sin minus, uice uersa. Inspicere itaq; oportet regionem, & tempus, & etatem, & morbos, in quibus conuenit, aut non.

22. Conf.

22.

Concocta medicamentis aggredi oportet, & mouere non cruda neq; in principijs, si non turgeant, plurima uerò non turgent: ac incipientibus quidem morbis, si quid mouendum uidetur, moue: uigentibus uerò, quietem agere melius est: & si quidem perfectè indicata quedam fuerint, sinere ea oportet.

23.

Quæ ducere oportet, quo maximè repunt, eò ducere oportet, per conuenientes locos, ac quocunq; quis corpora purgare uoluerit, fluida facere debet.

24.

Ac ut his, quæ non secundum rationem leuant, non oportet credere, neq; ualde timere ea, quæ praua sunt præter rationem. Pleraq; enim ex talibus inconstantia sunt: sic omnia secundum rationem facienti, si non secundum rationem fiant, non transire oportet ad aliud, manente eo, quod uisum est ab initio.

25.

Pregnantes medicamentis purgare oportet, si turget humor, quarta mense, & usq; ad septimum: minus uerò has, iuniores autem & seniores fetus uereri oportet.

26.

Medicamentis purgare oportet æstate quidem, superiores magis: hyeme uerò inferiores: ac sub canem & ante canem operosa sunt medicamentorum operationes. Nam quibuscunq; uenæ sectio, aut medicamentum conducit, his uere uenam secare, aut, medicamentum purgans exhibere conuenit.

27.

In omni morbo ualere mente, & bene se habere ad ea, quæ exhibentur, bonum, contrarium uerò malum: & in omni morbo partes circa umbilicum & pectinem, crassitudinem habere melius est. At uehemens tenuitas & eliquatio praua est.

28.

Sudores optimi sunt in omnibus acutis morbis, qui in diebus indicæ torijs fiunt, & febrem perfectè submouent: at pus optimum est, si est album, & æquale, & leue, & quàm minime graueolens: egestio alui optima est, mollis & coherens, & secundum horam, in qua etiam à sano exercebatur, excretæ, iuxta copiam uerò, pro ratione ciborum

A iij

assumptos

assumptorum : optima aërò est urina, cum fuerit alba subsidens, & leuis & equalis, per totum tempus, donec iudicatus fuerit morbus.

29.

Quibus biliosæ sunt egestionēs, surditate oboriente cessant, & quibus surditas biliosis egestionibus contingentibus cessat : & quibus in febribus aures obsurduerunt, his sanguis è naribus effusus, aut aluus turbata bonum, sed delassatis in febribus ad articulos & circa maxillas maximè abscessus fiunt.

30.

Atrabiliarijs morbis periculosi humerum à loco ad locum decubitus, aut siderationem corporis, aut conuulsionem, aut insaniam, aut cecitatem significant, et dysenteria etiam, si ab atra bile inceperit, lethale est.

31.

Febrem conuulsioni superuenire melius est, quàm conuulsionem febri, & si rigor incidat, febre non intermittente, lethale, sicut in non intermittentibus febribus, si externæ quidem partes frigide fuerint, internæ uerò ardeant, ac sitim habeant, lethale etiam est.

32.

Quicumq; pleuritici facti in quatuordecim diebus non repurgantur, his ad suppurationem transitio fit, & quicumq; anginam esfugiunt, his ad pulmonem uertitur, & in septem diebus moriuntur, si uerò has effugerint, sani fiunt.

33.

Ex uoluulo uomitus aut singultus aut conuulsio, aut delirium, malum, & hepatis inflammationi singultus superueniens malum, & ex puris spuito, tabes ac fluxus, malum.

34.

Quibus cerebrum dissectum fuerit, his necesse est, febrem & bilis uomitum accedere, & intestino recto ac utero inflammato, aut renibus purulentis urinae stillicidium accedit.

35.

Si quis sanguinem & pus mingat, & squamas, & odor grauis sit, uestica exulcerationem significat, & quibus in urina arenosa subsidunt, his uestica calculo laborat.

36.

Hydropicis facta ulcera in corpore non facile sanantur, ulcus enim
omne,

omne, in quantum ulcus siccari debet & astringi, si cauum, siccari & abstergi, si æquale, siccari magisq; astringi, si caro supercrescat, ea demerenda.

37.

Purgatio per aluum plurimis ulcerum prodest, præterea uulnibus, quæ in capite sunt accepta, item, quæ in uentre & articulis, ad hæc ijs, quibus osi caries impendit, præterea quæ suuntur, & exeduntur, & reliquis, quæ ulcera diuturna reddunt, & quæcunq; deligantur, per aluum purganda sunt: ac omni recens facto uulnere, nisi in uentre sit, expedit ex ipso statim sanguinem plus minusue effluere.

38.

Ulcera circum glabra maligna sunt, & ex forti pulsu in ulceribus sanguinis eruptio expectanda, & ignem sacrum ab externis intro conuertere, non bonum, ab internis uerò extra bonum.

39.

Quibus tumores in ulceribus apparent, non ualde conuelluntur, neq; insaniunt, his autem de repente dissipatis, retrorsum quidem conuulsiones & distentiones fiunt, antrorsum uerò insanie lateris dolores acuti, aut suppuratio, aut dysenteria, si rubicundi magis fuerint tumores, quare in uulneribus fortibus ac prauis, si tumor non appareat magnum malum, laxi autem tumores, boni, crudi uerò, mali.

40.

Vesicam dissectam habenti, aut cerebrum, aut cor, aut septum transversum, aut tenue aliquod intestinum, aut uentriculum, aut epa, lethale est,

F I N I S.